



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

tione & meritorum gloriâ clarissimus; qui dum, S. IOANNIS *Baptista* exemplo, cognatos *Pothorem de Reinstein, Henricumque à Falckenberg* seu ab *Hondt* sanguine nobiles, sed flagitijs magis illustres, plenâ libertate Christianâ monendo ad saniora itæ morumque sanctiora consilia animaret, *visus est cum Loh* peccatoribus, quasi ludens loqui, quod essent sine timore; uude ab efferatis & Impiis sacrilegâ manu obtruncatur gloriosus Christi Athleta, ipso sanctæ Barbaræ Festo anno MCCCIII doctrinam suam proprio sanguine consignans. Sunt qui Conradum hunc Martyrem habent, quod certis rationibus doceri minimè potest, ideoque hîc non astruo. *Novit Deus cui laboravit & certavit, & qui certantes vincentèsque coronat. Chron. Herbipolen. & Bucelinus.*

XVIII.

RUPERTVS è Ducali MONTIVM sanguine oriundus Pataviensis primùm, dein totius cleri votis Padibornensis electus Episcopus 31. Princeps Pacis, *Iustitiæ Zelo* nulli secundus; Ecclesiæ suæ proventus magnificè auxit, vniversis acceptissimus; cuius in omni fortuna, constans

stans vox: *Mala non obesse, nisi malis; Bona non prodesse nisi bonis.* probè enim tenebat, manum Dei incognitam quidem nobis, nunquam tamen malam (vtpote semper Paternam) esse posse, eundemque felicitati terrenæ amaritudines miscere, ut illa quærat^r felicitas, cuius dulcedo non est fallax, quam in votis habens, ubique Religionis & munificentiaæ suæ monumentis relictis, mortalitatem A. C. 1394. pestiferâ lue exiit, dum munitissimam arcem P^AD^TB^ER^G ab hostibus Ecclesiæ inessam obsidione premeret, & â successore *Ioanne Episcopo ab HOIA*, eius tandem â morte captam. Monumentum & quietem in Ecclesiâ suâ *Patibornæ* reperit.

XX.

Eiusdem meritis (*HOIA*, successore vitâ functo) allectum *Illustrissimum Cathedrale Capitulum*, eius fratrem *GVILIELMUM* 18. annorum *Principem, Antistitem* ordine 33, constituit, contra quem dum *Pontifex Romanus BERTRANDVM* *Canonicum Ravennatem* nominat, dubiâ aliquamdiu possessione *GVILIELMVS* usus, tandem legitimè confirmatus est, quod *Bertrandus* linguæ *Saxonice* ignarus sese subditis obesse